

- 2°. An debeat differre, vel dare absolutionem in casu ?  
3°. Tandem quid præscribere debeat puellæ ut disponatur ad absolutionem ?
- 

Victor, vir dives et pius, petit ut tres missæ de requiem celebrentur, pro anima uxoris suæ defunctæ, corpore præsentè: scilicet prima in ecclesia sua parochiali; secunda, eodem die, in ecclesia succursali S. Paneratii, quam pia mulier vivens, frequenter invisibat; tertia tandem, sequenti die, in ecclesia monialium S. Birgittæ, ubi sepeliendum est corpus. At in istis duobus diebus occurrunt festa duplicia. Querunt ergo Rector Succursalis, et capellanus monialium :

1°. Quibus diebus liceat cantare missas de requiem pro defuncto, corpore præsentè ?

2°. An duplex missa de requiem, pro eodem defuncto, etiam corpore præsentè, decantari possit, in eadem ecclesia, vel in diversis ecclesiis, in duplicibus ?

3°. Denique, an saltem missam de requiem celebrare liceat corpore præsentè in festo duplici pro uno defuncto super ejus corpore jam pridie missa celebrata est.